

Inde etiam accuratiori munitioni
urbis causam dedit, qvòd Otto I. Cæ-
sar, propterea qvòd ei sæpè in Italiā
commeandum erat, Hermannum Bi-
llingiū in pago Luneburgensi, Stieb-
bekeshorn, natū, an. 965 Saxonię Du-
cem fecisset, Nepos autem ipsi⁹ Bern-
hardus Dux, in proferendis finibus
totus propè esset : Proinde Brema
contra insidias atq; insultus Bernhar-
di ducis aggere munita fuit.

*contra Sa-
xonię Ducū
insidias.*

1020.

Hoc anno Emma, Laderi Comitis
(qui frater Bennonis Saxonię Ducis
erat) vidua civibus pascua dedit, qvæ
Civium appellantur.

1032.

Sub idem tempus & præsertim sub
annum 1035 Civitatis murus perfici
cœpit, additaq; est ab occasu portæ
turris per ampla, Italico munita ope-
re, & septem distincta cameris, q; An-
nales pietati Archiepiscoporum ex
parte tribuunt. E Sub

1035.